







34337
v. 31



Nicolai Chappuſij de

mente & memoria libellus vtiliſſimus:
ad Carolum Guillardum Con
ſiliarium regium: & ſena
torij ordinis præſidem
digniſſimum.





Magnifico ac præpotenti Domino Carolo Guillardo Consiliario Regio: & Senatorij Ordinis præsidi ęquissimo. Mœcenati Suo Nicolaus Chappusius. Fœlicitatem.



Risłoteles peracri & singulari vir igenio: ac pene diuino: Excellentissime Præses docet in quarto moraliũ: liberalitatis actionẽ nõ in pretio & multitudine rerum q̃ dantur: sed in habitu ingenuoq; & ꝓno dãtis affectu consistere. Quũ itaq; mercenarius quidã ac plane rudis hõ: auctore Plutarcho Cheronensi: obequitanti quondã Persarũ regi Artaxersi obuiã factus esset: nihil tunc aliud habẽs qđ regiæ offerret maiestati: aquam vtraq; manu e ꝓximo haustã flumine porrexit: quã iucundus ille arridensq; suscepit. vt q nõ rei q̃ dabatur gratiã vel inopia: vel vsu: sed alacri dãtis animo & volũtate ppenderet: ac metiretur. Existimans eũ q parua benigne prõpteq; acciperet: nõ regali minus humanoq; fungi munere: q̃ si magna elargiretur. Tradit idẽ scriptor a Lycurgo tenuissima Spartæ sacrificia instituta fuisse: quo deoꝝ immortaliũ cultus atq; veneratio rebus vbiq; p̄sentibus: expeditior faciliorq; exhiberet̃. Proinde nõ aurum. humanissime Præses: nõ gẽmas: nõ cæteras id genus opes qbus abundas: & ipsi caremus: sed ꝓ tenuitate nr̃a hunc de mẽte & memoria libellũ sublimitati tuæ dicamus: quẽ (dũ superiori ęstate artem discendi frequentissimo auditorio ꝓfiterer) crebris hortaminibus studiosæ iuuẽtutis illectus: dictauerã: eundẽq; p autumnũ collegi & emendaui in p̄dijs Tristãti Reillaci iuuenis bonarũ artiũ studiosissimi & mei amãtissimi: q̃ nõ ꝓcul ab vrbe parhisiẽsi ampla satis & amœna possidet: in q̃ beneuolo illius rogatu cõcesserã: tãtisper rusticaturus dũ aeris intẽperies: aurę q; insalubritas q̃ per id tẽporis nõ paucos ex scholastica pube soluta academia digredi cõpulerat: parhisios infestare destitisset, In hmõi autẽ libro etsi nihil tibi legẽti aut nouũ occurrat: aut deliciarũ: quippe q nõ pauca ab adolescẽtia non modo legeris & didiceris: verũetiam indies q̃ plurima: & videre cupias/ & nosse/ operępretiũ tñ duxi hoc xeniolo & ptenui munusculo/ amplitudinẽ tuã impertiri: vt inter publicas & quidẽ pgraues curas/ qbus pene sæpius obrueris: nõnunq̃ hæc de memoria legens/ absentis Nicolai cliẽtuli tui memor sis: q̃q̃ mihi iãdudũ ea mẽtis ingenuitate: ea facilitate morũ/ & generositate animi/ ea mãsuetudine atq; placabilitate p̄ditus eẽ videris: vt qđ de Cæsare Tullius p̄dicat in oratione ꝓ Ligario/ nihil consueueris p̄ter iniurias obliuisci. Vbi vero eiusmodi q̃tulũcunq; sit donariolũ tibi nõ iniucundũ fuisse cognouero: librũ de cõcordia iuris diuini ciuilis & humani & institutiones humanæ vitæ quandoq; dei auspicio nomini tuo nuncupatas emittemus. Vale bonorum fautor/ eximiumq; & virtutis & ingeniorum columen.

Ad magnificum Excellentemq; dominũ Carolum Guillardũ ordinis senatorij Præsidem Nicolai Chappusij in librũ suum de mente & memoria.

Præfatio/



Risci philosophantes abditissima q̃q; ita rimati: vt nihil tã obscurũ esset: tã inuolutum: tã deniq; opertũ quod nõ omni studio atq; diligentia illustrare cõtenderent/euoluere/retegere: memoriã vel vnã maxime rẽ esse putarunt/ qua diuinæ immortalisq; naturę participes hoĩes intelligerent. Quid enim p̃stantius? qd vtilius hac re p quam p̃terita veluti p̃sentia hũanis mẽtibus occurrũt? Quid eo diuinius admirabiliusve quo tãq̃ perẽni cõceptaculo/ thesauroq; superioribus gesta sæculis recõdunt? Memoriã itaq; oratores ipsi vnã ex quinq; artis rhetoricæ partibus in primis vtilẽ ac necessariã esse dixerunt. De qua sic Tullius ĩ libro de Oratore p̃fatur. Quid dicã de thesauro oĩm rerũ memoria? q̃ nisi custos inuẽtis/ cogitatisq; verbis & rebus adhibeatur/ Intelligimus oĩa etiã si p̃clarissima fuerint ĩ oratore peritura. Quãobrem apud Afranium vetustissimum poetã ĩ comœdia togata q̃ sella inscribitur/ Philosophia inqt/ vsus me genuit/mater peperit memoria/perinde acsi vsus pater sit philosophię/memoria vero mater/ quæ paternum semen creditum sibi velut in vtero fouẽs/cõseruans & retinẽs/fœtũ cognitionis atq; scientiæ rerum cõcipit. Poetæ inter quos Hesiodus nouem musas Iouis & memorię filias iccirco fuisse cõfinxerunt: q p̃clarissima q̃q; studia & liberales disciplinæ memoria cõstant. Fabius quoq; Quintilianus libro vndecimo institutionum oratoriarum de memoria loquẽs/Totus (iquit) de quo diximus adhuc inanis labor/ nisi cæteræ partes hoc velut spiritu cõtineant/ ratio & omnis disciplina memoria cõstat frustraq; docemur/ si quicquid audimus p̃terfluat/ & exemplorũ/legũ/ responsorum/ dictoꝝ benefactorumq; velut quasdã copias quibus abundare/ quasq; in prõptu semp debet habere orator eadem vis illa repręsentat. Neq; immerito thesaurus hic eloquẽtiæ vocatur. Hæc Fabius. Tullius Romanæ nõ modo eloquẽtię/ sed latialis quoq; philosophiæ princeps/ libro primo tusculanarũ disputationũ vim memorię summopere admiratur. Ego (iquit) maiore vi etiã quodãmodo memoriã admiror. Quid eẽ est illud quo meminimus? aut quã habet vim? aut vnde natã? Aurelius vero Augustinus cũ Cicerone libro decimo confessionũ ĩ memoriæ admirationẽ vehemẽter rapitur/ quã modo animũ esse autumat/ modo ventrem animi/ & penetrale quoddã amplũ atq; ĩfinitum. Huius secreti sunt

& ineffabiles sinus antraq; & cauernę vsq;adeo abstrusę:vt pertingi nequeant. Cuius vim ait sibi esse incōpręhēsibilem quæ thesaurus est rerum:& in qua disciplinæ cōtinentur. Quapropter quū dixerit magnā vim istam memorię & magnā nimis. Illico subiungit. Multa mihi super hoc oboritur admiratio. stupor appręhēdit me etem̄ homines admirari alta mōtium: & ingētes fluctus maris: & latissimos lapsus fluminū:& oceani ambitū:& gyros syderū:relinquūt seipsos: nec mirātur. Hæc & plęraq; alia scribit grauissimus pater de memoria:q̄ si quispiā plenius videre cupit/ ad eum locū se cōuertat: quem ꝓxime indicauimus. De hac igit̄ re qd philosophi: qd oratores senserint:in hoc libello dicere cōstituimus: & ea strictim ac breuiter ex probatis auctoribus colligere: q̄ nonnihil forte voluptatis studioso lectori sint paritura. Resecta ergo p̄fationis mora:instituti opis exordiū aggrediētes opępreciū duximus a mēorię definitiōe auspicari.

Quid sit memoria: eandemq; duplicem esse.



MEmoria gręce μνημη dicitur:quā Speusippus in libro cui titulus est πλατωνος οροι.i. Platonis diffinitiones: ita finiuit μνημη διαθεσις ψυχης φυλακτικη της εν αυτη υπαρχουσης αληθειας hoc est memoria est dispositio animi inhęrētem illi veritatem custodiens. Tullius memoriam quandoq; mentē appellans:libro secundo de inuentione prudentię tres partes annumerat/ memoriā intelligentiam/ prudentiam/ singulasq; diffiniens. Memoria(inquit)est per quā animus repetit illa q̄ fuerūt. Intelligētia/per quam ea perspicit:q̄ sunt. Prudentia:per quam aliquid futurum videtur anteq̄ factum est. Aurelius Augustinus accerrimo vir ingenio:qui(vt proxime dictum est)memoriā nunc animum/ nunc vētrem animi esse ait in libro de anima & spiritu tametsi nō desunt qui illius operis non Augustinū sed Hugonē de sancto victore aut aliū quempiā auctorē fuisse contēdant:tradit animā secundū diuersa operationū officia varijs nominibus enūciari. Dicitur nāq; aīa dū vegetat:& corpus ip̄m viuificat. Spiritus dū contemplatur. Sensus dum sentit. Animus dum sapit: dum intelligit mēs:cum discernit ratio:quum recordatur memoria:dum vult volūtas. Hęc autem oīa solis nominibus nō substātia differunt: quoniā omnia ista vna anima est/ ꝓprietates quidem diuersę:sed essentia vna. Quid autem sit memoria in eodē libro sic diffinit. Memoria est vis animę accepta retinens:pręterita repetens: elapsa recolligens. Eā(siue. M. Tullius quēadmodū & Priscianus:& Hieronymus sentiūt:seu Cornificius/ aut quiuis alius. Nā inter doctissimos de huius opis auctore nō conuenit)in tertio rhetoricorum ad herennium:in naturalem diuidit & artificiosam. Naturalis ea est:q̄ nostris animis insita est:& sine mul-

ta cogitatione nata. Artificiosa est ea quam cõfirmat inductio quędam & ratio pręceptionis. Memoria inquit Diomedes libro primo. Est velox animi: & firma pceptio cuius facultatẽ fouet exercitatio: lectionis enarrationisq; intẽtio: stili cura: redditio sollicita: & diligẽs iteratio: atq; repetitio frequens. Hæc diomedes.

De organo memorię eiusq; domicilio.

G Alenus Hipprocratis interpres libro secũdo minoris artis cerebrũ modificata tenuitate subtilitateq; temperata dicit esse causam memorię. nã pro cerebri tẽperamento melior existit aut deterior cũ ex cerebro crasso ꝓueniat obliuio: in humecto nimiumq; hũido sensus hebetiores sint: i ficciori liqdiores. Tradit qppe Auicẽna cerebrũ esse principium sentiendi & mouẽdi. Cęterũ quũ cerebri cellę sint varię: tam philosophorũ q̄ medicorũ cõmunis sententia est, in occipitio q̄ est pars capitis posterior. memorię organũ esse, eiusdẽq; domicilium: quod plęrιq; alterũ & paruum cerebrum (ac si a maiore vel ipsa differat substantia) vocitant. vtcũq; tamen sese res habeat. nemo sane est q dubitet pro huiusmodi organi dispositione mentẽ ac memoriam in hoc vegetiorẽ esse ac viuaciorẽ: in illo tardiorem atq; obtusiorem. Magni siquidem refert (vt prudẽtissime docet Tullius in prima tusculana quęstione) quali in corpore ipsi animi locati sint. Multa eñi e corpore existunt q̄ acuant mentẽ: multa quę obtundant Nam mẽbrorum compagibus (quemadmodum tradit origines) velut organes ad exercitationẽ sui mẽs vtiť: ex quo fit vt corpore male cõstituto: veluti organo corrupto animus hebetescat: & obtundať. Cõtra vero animus ille vegetior fit & acutior: cuius corpus bene cõpactum est. Quandoquidẽ ex bona malave corporum (vt aiunt medici) cõplexione: animus in nobis est acutior vel hebetior. Quamobrẽ trhaces qui ob crassum forsitan regionis (quã incolunt) aerem: crassum itidem cerebrũ sortiti: obliuiosi plane sunt: desides, tardi, obtorpescentes: nulliusq; prope memoriæ censentur esse. Siquidem ad quattuor tantum enumerãt: neq; vltra numeri rationẽ producunt ꝙ eis priora excidant: si plura connumerent: sicut pueris accidere solet. Vnde satyricus eorum regionẽ veruecum appellat patriam: quum de democrito abderite (Est aũt Abdera thracię ciuitas) in hunc modum loquitur.

Cuius prudentia monstrat
Summos posse viros & magna exempla daturos:
Veruecum in patria: crassoq; sub aere nasci.

Qui maxime memoria polleant & ingenio: ad quod non parum conferunt & cœlum & solum.


Oc aũt nimirũ probabile est ex cęli aerisq; crassitudine: & natura euenire. cui sũt hũana corpora: si philosophis assẽtimur: nõnihil imo q̃plurimũ obnoxia. Hic alios alijs moribus ac natura hoies: & cõstare: & nasci pro varietate regionũ expimur Quocirca Iulius maternus i astronomico quędã in quit) gẽtes ita a cœlo formatæ sũt/vt ꝓpria sint morũ vnitate perspicuę: Scythę immanis ferocitatis crudelitate grassanẽ: Itali sunt regali semper nobilitate præfulgidi Galli stolidi. Auari Syri. Acuti Siculi. Luxuriosi Asiatici: & voluptatibus sp occupati. Hispãi elata iactãtię aiositate ꝑpositi: hęc illic: ꝑdictis accedit illd poęte Lucãi i Octauo.

Quicquid ad æoos tractus: mundiq; teporem
Labitur: emollit gentes clæmentia cœli
Omnis in arctois populus quicunq; pruinis
Nascitur. indomitus bellis & mortis amator.

Aeneas siluius: qui adepto summo põtificatu Pij nomẽ sibi adsciuit in quadã epl'a de quarundã gentiũ moribus ita differit. illustris Germanorũ animus: cor nobile gallicę gẽtis. hispanoꝝ mẽs sublimis: italorũ spiritus boni honesti auidus. Idem. Diues Italia: nobilis gallia/ fortis hispania: Bellicosa: & populosa Germania. Aristoles summus in omni scientia vir libro. vij. Politicorum in hunc prope modum scribit. Quę in frigidis nationibus degũt gentes: & quę per Europã: aio quidẽ abũdant/ingenij vero & artificij parum habent: quę vero Asiã incolũt: ingenio & arte abũdãt: sed magnanimitate carent. At gręcorũ genus vt mediam regionem locorum sortitum est: sic amborum est particeps. Nã & animosum: & igeniosum est. M. Tullius in oratiõe pro Lucio Flacco. Tribuo gręcis litteras: do multarũ artium disciplinã: nõ adimo sermonis leporẽ: ingenij acumẽ: dicendi copiã: Huic Tullianę sententię videẽ succinere Horatius In eo quẽ de arte poetica scripsit libello.

Graijs ingenium: graijs dedit ore rotundo
Musa loqui/præter laudem nullius auaris.

Eusebius quoq; libro octauo de præparatiõe euãgelica. Grãtia (inquit) sola hoies generat vere cœlestes atq; diuinos: natura ad omnẽ scientiã natos: cuius rei causa est subtilitas aeris. nõ enim temere heraclitus/aer siccior: aia prudentior: & melior. Hęc eusebius. Quamobrem Vitruuius in architectura docet italiã viris maxie doctrina & ingenio pręstantibus refertã esse. propter summam regionis temperiem quam & frigidis & calidis regionibus/inter quas sita est temperari ait: sicut iouiale sydus hic saturni frigiditate: istinc subiacẽtis calore martis tẽperari dicit. Tametsi vero quos nũc citamus authores plęrisq; in suspicionem fauoris & gratię facile decidere videnẽ vt q multa in propriæ gentis cõmendationẽ efferãt: nemo tamẽ inficias

ibit peculiares cuilibet natiõi & virtutes inesse & vitia. Sed quũ longius q̃ ĩstitutũ postulet euagemur. operæ p̃tiũ reuera fecisse arbitramur ista obiter annotare: quo facilius intelligi possit ad ingeniũ memoriãq; firmiorẽ: aut ĩbecilliorẽ nõ tã corpus ipm q̃ cęlũ atq; regionem nõ mediocriter cõducere. Nec oĩno videt̃ a ,pposito alienũ qd libro decio nono ,pblematũ scribit Aristoles: melãcholicos fuisse oĩs q in genio caluerũt: vel in studijs philosophię: vel republica administranda: vel in poemate cudẽdo: vl' in artibus exercẽdis: Empedoclẽ Socratẽ: Platonẽ & alios cõplures se nouisse refert viros ĩsignes q fuerũt hoc habitu. Cũ vero inibi nõ minus acute q̃ luculẽter idẽ Philosophus melãcholiam .i. atram bilem/ vino comparãs. ostendat non aliter atra bili homines varios reddi q̃ vino quod humano corpi intermixtũ fuerit: ac infusum. Nam vtrũq; flatuosum est. Tãdem concludit melancholicos omnes non per morbũ: sed p naturã esse ingenio singulari. Addã & illud tã experientia prope quotidiana compertũ/ q̃ doctissimorũ 'grauissimorumq; hominũ authoritate cõprobatum: eos tãto cęteris & memoria & ingenio pręcellere quo ad irã excandescẽtiãq; perpensiores extiterint. Quocirca & apud veteres illos philosophos (vt est apud Plutarchũ) in prouerbijs locũ iam cõcesserat/ quod vulgo dici solet: Irã nõ habere qui mentẽ non habeãt. Hinc illđ forsitan emersit: vt Aristoteles ex ipsius oris habitu morũ quoq; dispositionẽ & animi affectus dijudicaret. Cuius ea ẽ ĩ primo de aĩalibus sẽtẽtia. Quibus frõs magna segnes. qbus rotũda iracũdi Natura siqdẽ vel ex oris liniamẽtis tãq̃ manifesto quodã argumẽto nos admonere voluit/ nihil magis a segnitia torporeq; distare: q̃ iracũdiã: q est patentissimũ vegeti cuiusdã animi: erectęq; nec sopitę ac somniculosę naturę ĩdiciũ. Et quoniã istuc loci ,puecti sumus Platonis sapiẽtię ãtistitis oraculũ in certius huiusce rei testimonium/ quę trãseũter & carptim exeq̃nda ẽ/ subijcere placuit. In cuius Theetero qui de sciẽtia inscriptus est: Socrates inducitur his verbis disserens: Difficile admodũ est reperire hoĩem ingeniosum simul/ & p̄ cęteris mansuetũ: atq; virilẽ. Equidẽ nec fuisse vnq̃ existimo: nec esse video qui ita natura sint instituti. Cæterũ acuti sagacesq; & memoriosi: & dociles: vt plurimũ in iracundiã/ impetusq; p̄cipites sunt. Proruunt enim atq; raptant̃: quemadmodum sine retinaculis naues: & furiosi potius q̃ fortes existũt. Graues autẽ sępe quum se ad disciplinas cõferũt/ segnes: torpẽtes: obliniosi sũt. Hucusq; Plato. Nẽo (canit Horatius) vitijs sine nascit̃/ optimus ille est. Qui minimis vrgetur. Cui adstipulat̃ illo carmine Propertius. Vnicuiq; dedit viciũ natura creato Experimur siqdẽ ĩ generosissimo quoq; aĩo vitia plęrũq; virtutibus admixta nõ secus pullulare; atq; in vberrimo solo rubos atq; sentes

innasci:cui agricolę studiū & manus defuerit. Pręclara(iqt Plato:nō minus speciose q̄ grauiter qđ repetit Plutarchus i demetrio) igenia queadmodū virtutes maxias: eodē pacto vitia quoq; maxia producere solet. Exēplo sunt Hānibal. Iulius Cęsar: & plæriq; alij quorum maxias virtutes ingētia vitia coęquarunt. Nec eo demētiæ rapio. vt irā initiū isaniæ(vt dicebat Ennius)approbare veli: q̄ iuxta latini sermōis cōsuetudinē authore Tullio ab eūdo dicta est ꝙ a se & de potestate suę mētis eat:q irascit̄ & furit. q̄q̄ eni in puero:erecti animi & ingenij acutioris indiciū pręmōstrat: pricipijs tñ diligētius obsistendū ē: & ne i vitiū assiduo vsu redūdās enorme tādē incremētū cōtrahat summopē caunedū. Quoniā vt preclarę scribit eximius Orator philippica quita. Oē malū nascēs facile exprimit̄. Inueteratū fit plęrūq; robustius. Difficulter (inqt Seneca grauissimus author i secūdo de ira) reciduni̅ vitia quæ nobiscū creuerunt. Sero itaq;(vt cecinit Ouidus)medicina parat̄. Cū mala pro lōgas cōualuere moras. Quapropter pueri/vbi primū per ętatē licuerit. optimis p̄ceptoribus tradātur istituēdi:qui hmōi petulātes ęui puerilis affectus doctrię sarculo diligēter expurgēt. habenis ratiōis ac prudētię coerceāt/ sufftenent/ moderent̄. Sed iā effusior q̄ par sit de hmōi re disputatio cōtradenda est/eadēq; plus impendio refluens in proprium alueū colligēda.

Qꝫ potissima ars memorię in sola exercitatione consistat: & frequenti meditatione firmetur.

NEc frustra naturali memorię artificialem veteres coniunxere/ quādoquidem nemini dubium sit memoriā cuius naturā principē esse constat : arte q̄ maxie adiuuari:q hāc nimirꝫ habet vim:nō vt totū aliquid pariat: & procreet:cuius nulla sit pars in ingenijs nostris. verū vt ea quę sunt orta iā in nobis & procreata: educet:augeat:corroboret. Cū enim plerumq; per se natura infirma sit/ars illius amplificandę:tuendęq; gratia inuenta est. Vt namq; tradit Aristoteles in septimo Polyticorum Omnis ars & disciplina implere vult qđ est naturę Et fabius libro vndecimo. Nihil(ait)credimus esse perfectū nisi vbi natura cura iuuetur : natura quippe ferrū adinuenit:ars vero gladiū. Cū itaq; artificialis memoria: quę innaturalis adiumentū reperta est:locis & imaginibus cōstet queadmodum Aristoteles. Cicero. Martianus: & Fabius Quitillanus docent: eadem breuibus quibusdā pręceptis: sed magna exercitatiōe firmatur: sine qua nihil pręclarū homines nihil laudabile gerere possunt: nihil omnino perficere. Nam vt inquit Vegetius i tertio de re militari. Omnes artes: omniaq; opa quotidiano vsu & iugi exercitatione proficiunt. Cęterū plęrosq; audire licet frustra conqueri se tardiore esse igenio ac memoria hebetiore/quod illorū potius q̄ naturę vitio

contingere arbitrandũ eſt: vt qui vel memorię impedimẽta excute
re non curẽt.abijcereq;:de quibus mox diceť: & magnam vitę partẽ
in torpore ſegnitiaq; degentes nullã exercitationẽ. vnicum memorię
pręſidiũ ſubeunt. De ſua ergo potius ignauia q̃ de natura illis con/
querendũ eſt: quia nil ſine magno vita labore dedit mortalibus: vt
canit Horatius: qui ſi exercerẽtur: experirenť ſane quantum ad me
moriã nõ conſeruandã modo: ſed etiam augendã valeat exercitatio
Quemadmodũ eni ſcribit Plutarchus in Cæſare:nullius rei tam par
uũ exiſtimandũ initiũ.quod non aſſiduitas ſtatim amplificet. Tibul
lus. Lõga dies homini docuit parere leones Longa dies molli ſaxa
peredit aqua. Propertius. Teriť rubigine mucro ferreus & paruo ſæ
pe liquore ſilex. Ouidius in ponto. Quid magis eſt durũ ſaxo? quid
mollius vnda? Dura tamen molli ſaxa cauanť aqua. Idem Gutta ca
uat lapidẽ.conſumiť annulus vſu: Et teriť pręſſa vomer aduncus hu
mo. At quẽadmodũ nulla eſt tam labilis tãq; fluxa memoria quę nõ
labore vſu exercitatiõeq; vigeat.ſtabiliatur.inualeſcat: ita q̃tũuis fir
ma fuerit nulla eſt quę nõ ſegnitia torporeq;:illico hebeſcat/obruať/
depereat Q̃uis autem locorũ & imaginum:de quibus Cicero & Fa
bius meminerũt: cõſtitutiones memoriæ iuuãdę non parũ cõducãt
ſi diutius quiſpiã ſeipm̃ in illis exercuerit / & ſi huiuſmodi loca effin
gẽda animo illuſtria fuerit. & modicis interuallis explicata imagines
vero ingẽtes.acriter inſignitę/ q̃ occurrere celeriterq; animũ percute
re poſſint:nihil tamẽ vehementius efficacius ve memoriã iuuat. q̃ ſæ
penumero:aut (ſi fieri põt)quotidie m̃lta ex alienis & ꝓprijs ſcriptis
mẽorię cõmendare. Quapropter Craſſus apđ Ciceronẽ in primo de
oratore. Exercẽda eſt etiã(inqt) memoria in ediſcendis ad verbũ q̃
plurimis & noſtris & alienis. Quintilianus libro vndecimo cũ de lo
cis atq; imaginibus multa diſſeruit.ita demũ colligit. Si quis tñ vnã
maximã a me artẽ memoriæ q̃rat exercitatio eſt: & labor multa edi/
ſcere/multa cogitare/& ſi fieri põt quotidie. potiſſimũ eſt. Nihil æq̃
vel augeť cura: vel negligẽtia ĩtercidit. Quare & pueri ſtatĩ q̃pluri/
ma ediſcãt & q̃cũq; ætas operã iuuãdę ſtudio mẽoriæ dabit. ſic ille.
Seneca ad lucilliũ libro primo epl'arũ. Et quũ(ait)multa percurreris
vnũ excerpe qđ illo die cõcoquas hoc ipſe quoq; facio. Ex pluribus
q̃ lego aliq̃d appræhẽdo dicẽs hodiernũ hoc ẽ:hæc Seneca. Ariſto/
teles quoq; i libro de memoria & reminiſcẽtia ita ſcribit. Meditatio
nes memoriã confirmãt.tuenť: & ſaluant Meditãdo eni permanen/
tior diuturnior prõptiorq; parať mẽoriæ habitus: nec q̃cq̃ eſt qđ nõ
aſſidua meditatio facillimũ reddat. Talis ergo exercitatio: quũ a pu
ero ſuſcepta eſt/memoriam ſi ex ilis modicaq; fuerit vehemẽter ad/
iuuat. Sin firma auget amplificatq;: & a ſenilis ętatis iniuria conſtan

tissime pertinacissimeq; tuetur.

Qualis debeat esse litteraria exercitatio & præsertim oratoris.



Valem vero exercitatiōnē esse oporteat: Cicero primo de oratore edocet: apud quē Antonius orator q̃maxime oratori conducere videntur luculenter explicans: breuiterq; perstringens: sic ait. In oratore acumen dialecticorū. sentētiæ philosophorū. verba ꝓpe poetarū memoria iurisconsultorū/ vox tragœdorū/ gestus pene summorum actorū est requirēdus. Quāobrem nihil in hominū genere rarius perfecto oratore inueniri potest. Quę em̄ singularum rerum artifices singula: si mediocriter adepti sunt: ꝓbanẗ: ea (nisi oīa summa sint) i oratore ꝓbari nō possunt: hęc illic. Proīde Crassus paulopost apud eundē. In oratore (inqt) iubeūdus vsus oīm rerum & periclitādæ vires ingenij: & illa cōmentatio inclusa in veritatis lucē proferēda est: legēdi etiā poetæ: cognoscenda historia oīm bonarū artium scriptores ac doctores: & legendi: & peruolutādi & exercitationis cā laudādi: interpretādi/corrigēdi: vituperādi/refellēdi/disputādumq; de omni re i contrarias parteis. Et quicqd erit i quacunq; re qđ ꝓbabile videri possit: eliciendū atq; dicendū. Perdiscendū ius ciuile: cognoscēdę leges. pcipienda omnis antiqtitas. senatoria cōsuetudo. disciplina reipublicæ: iura sociorū: fœdera pactiōes/cā imperij cognoscenda est: libādus ex omni gñe vrbanitatis & facetiarū quidā lepos: quo tanq̃ sale spargaẗ orō. Huc usq; Crassus Ciceronianus. Quum itaq; orator sit (ex prisci Catonis sentētia) vir bonus dicēdi peritus: hmōi peritiā varijs artibus & multa rerū cognitione cōflari necesse est. Nā bene dicere vt Cicero docet i scđo de oratore: qđ ē sciēter & perite & ornare dicere: quod ꝓ est peculiare: & propriū oratoris munus: nō habet definitā aliquam regionē cuius terminis septa teneaẗ. Oīa em̄ q̃cunq; in hoīm disceptationū cadere possunt bñ sunt ei dicenda: Ac mea quidē sentētia (inqt Cicero in ꝑfatione libri de oratore) Nemo potest eē omni laude cumulatus orator nisi erit oīm reꝶ magnarū ꝗ; artiū scientiā cōsecutus. At queadmodū multis aromatibus hęrbisq; varijs pariter cōtusis optima pharmaca & suauissima fieri cōdimenta cernimus. Ita & lraꝶ & disciplinarum varietate cōsummaẗ: ac ꝑficitur orator. Et sicut eas regiones maxie feraces atq; fœcūdas hoies arbitranẗ: in qbus scđm Nasonis sententiā locus vitibus ille cōuenit: hic oleis: hic bñ farra virēt: sic & ꝓbāda sunt illoꝶ ingenia: q̃ versatili quadā & ꝑna docilitate singulis artibus cōparādis sese diligēter accōmodāt: & omni seclusa leuitate atq; incōstātia: nūc huic nūc illi arti ediscēdę operā impēdunt ac laborē: litteralē agrū: more apū succos sua

uiores e floribus exugentiũ: ita passim oberrãtes: vt orbẽ illũ doctri nę: quẽ gręci teste Quĩtiliano Encyclopedian vocãt: concentũq; & & cõcordiã disciplinarꝝ oĩm quoad fieri põt cumulate adimpleãt: q̃ tãto nexu iter se veluti cõmuni q̃dã & amoena cõspiratiõe deuictæ sunt: vt vix vllã sine alterius adminiculo qs̃q̃ sibi fideliter consiliare possit. Eo pertinet illud Plynij iunioris epigramma in epistolis.

Vt laus est cęræ. mollis cedensq; sequatur
  Si doctos digitos: iussaq; fingat opus.
Et nunc informet martem castamve mineruam:
  Nunc venerem effingat: nunc veneris puerum.
Vtq; sacri fontes non sola incendia sistunt
  Sæpe etiam flores vernaq; prata iuuant:
Sic hominum flecti ingenium duciq; per artes
  Non rigidas docta mobilitate decet.

Hoc autẽ labore studio exercitatione facile cõsequi possumus. Labor auctore Tullio in scd̃a tusculana est functio animi vel corporis alicuius grauioris operis aut muneris. Studiũ vt idẽ ait in primo de inuẽtione: est vehemẽs ad aliquã rẽ applicata summa cũ voluntate occupatio: vel vt sentit victorinus: animi ad aliquod agendũ ptinacia. Exercitatio eodem victorino teste est suscepti actus cõtinuatio. Affirmat oĩno Catullus apud oratorẽ Ciceronis neminẽ sapientiæ laudẽ sine summo studio: & labore & doctrina consequi posse.

Q̄ labore studio & exercitatione multi in præstantissimos viros euaserunt.



Assidua rei litteralis exercitatione & animi circa eas inuestigatione dignas meditatione plęriq; vererꝝ tantoopere delectabantur: vt cæteris oĩbus postpositis huic dũtaxat negocio feruẽtissime incũberẽt. Quare merito in arcem optimę cuiusq; doctrinæ oĩmq; disciplinarũ culmina euaserũt. Ibiq; pariter constitere: intelligentes id esse verissimũ quod dicebat Epicharmus. Deos optima quęq; nobis sudore & laboribus vænundare. Cuius hæc verba sunt: των πονων πωλουσιν ημιν παντα ταγαθα οι θεοι. id est laboribus venundãt nobis omnia bona dij. Cui adstipulatur illud Sophoclis. Ου τοι πο θηξει των αηρων ανευ πονου. Nihil vnq̃ summarũ rerꝝ quis sine labore cõseqtur. necesse est porro (inqt Crispus) eos laborare qui fœliciter viuere cupiunt. Synesius platonicus in libro de somnijs. Maxima (inquit) sine labore cõsequi ꝓpriũ diuinitatis est bonũ apud nos aũt nõ solũ virtutes: sed cætera quoq; p̃clara sudore q̃runt. Lr̃æ (vt ait Hieronymus i quadã cõtra Ruffinũ Apologia ad Pãmachiũ & Marcellã) Marsupium non sequuntur: sudoris comites sunt & laboris sociæ ieiuniorum non saturitatis

cōtinentiæ nō luxuriȩ. Plato sapiētiæ antistes quū patriā Athenas oim bonarū artium inuētrices/ & pceptorē Socratē sortitus esset: lo/ cum & hoiem: (vt scribit Maximus) doctrinæ fertilissimū/ & ob ige nij abundantiā oim mortaliū sapiētissimus haberet. Eo tñ discendi flagrauit ardore: vt ęgyptū pagraret: Gymnosophistas īdię sapiētes adiret/ ex quibus cęlestiū obseruationū rationē plequi posset: & grę cā sapiētiā/ quā prius e fontibus Socratis hauserat huberiorē pfluē tiorēq; redderet. Aristotelē tradit Laertius tā breui somno fuisse/ vt quū se ad qescēdū cōponeret: æneā spherā i manu teneret subiecta patella: eo cōsilio vt quū dormiētis manu elapsa: i subditū lebetē in cidisset/ sono illius excitus q̄primū exurgeret. Idē aiebat studiorū li beraliū amaras qdem radices/ fructus vero suauissimos esse/ ac iucū dissimos. De quo sic Fab. li. xij. Quot sæculis Aristoteles didicit: vt non solū q̄ ad oratores & philosophos ptinēt sciētia cōplecteret. sed aīalium satorūq; naturas oēs pquireret: Carneades ab eodē Laertio memorat tāta studiorꝝ ītentione fuisse occupatus: vt capillos & vn gues ad enorme sineret excrementū pminere. De eodē refert Vale rius lib. viij. illū cibi capiēdi ex studij voluptate plęrūq; oblitū fuisse. Demosthenes atticæ facūdię vnicum exēplar: plus olei q̄ vini expē disse fert/ & oēs opifices (vt ait Hieronymus) nocturnis semper vigi lijs pueniisse. De quo sic Tullius i quarta tusculana. Cui nō sunt au/ ditæ Demosthenis vigiliæ q̄ dolore se aiebat: si quādo opificū ante lucana victus esset idustria: hęc ille. Queadmodū vero scribit Plu/ tarchus/ Sępe duos vel tres mēses cōtinuos domi iclusus sine inter/ missione studebat: abrasa parte capitis/ vt exeundi facultatē sibi prę riperet. Quamobrē nō iniuria illius opera lucernā olere dicebantur cū assiduis lucubrationibus ac vigilijs insisteret. nec quicq̄ nisi pme ditatum domi omniq; studio atq; diligētia prius elaboratum i publi cū afferret. Iccirco existimabat a multis nō tā natura & igenio/ q̄ la bore & exercitatione valuisse. Aliū quippe natura genuit: aliū red/ dit industria. nā cum balbus esset: ita naturæ vitiū adhibita diligen/ tia ipedimentumq; superauit/ vt coiectis i eos calculis: nō consistēs loco: sed inambulās atq; arduo ascensu igrediens/ summa voce versus multos vno spiritu pnunciare cōsuesceret. Neq; silētio inuoluēdus es Cleanthe: qui vsq; adeo laboriosus fuisse pdicaris/ vt nō tā inopia q̄ discēdi ardore cogēte mercenarium te holitori exponeres: & pu/ teales aquas noctu in hortis exhauriens quæstū faceres quo inter/ diu liberalibus studijs operā posses impertiri/ & q̄uis te natura ingē nio tardiore obtusioreq; genuisset: eā nihilominus tarditatē labore: studio/ exercitatione demū superasti. Marcus Porcius Cato (q olim vt Plynius ait, maximus imperator: maximus senator: maximus ora

tor dicebatur: Litteras latinas iam pene senex: græcas vero (Cice• & maximo authoribus) prope senio cōfractus didicit: Quis te præ tereat: Pōponi iurisconsulte cuius hæc verba sunt.ff.i titulo de fidei cōmissarijs libertatibus. L. Apud Iulianum. Ego discēdi cupiditatē quā solam viuendi rationē optimam: in octauum & septuagesimū ætatis annum duxi: memor sum eius sentētiæ quā dixisse fertur Iu lianus vt si adhuc alterum pedem in sepulchro haberem addiscere quidē vellē. hæc ille. Plynius secundus cui (vt tradit Plynius nepos libro tertio epistolarum) erat acre ingenium: incredibile studiū: sum ma vigilātia/ quādocumq; liber ab eo legebat: in subsidium memo riæ semper adnotabat: semper excerpebat. Nihil eñ legit quod nō excerperet. Dicereq; solebat nullum esse librum tā malum vt nō ali qua ex parte ꝓdesset. In itinere quasi solutus cæteris curis huic vni vacabat. Ad latus notarius cum libro & pugillarius. Cuius manus hyeme manicis muniebātur: vt ne cœli quidem asperitas vllum stu dij tēpus eriperet. Per cœnā liber legebat: annotabatq;: & quidem cursim. Cū qdam ex amicis discūbētibus nōnulla a lectore ꝑperā ꝓnunciata reuocasset: repetiq; coegisset: tunc illi Plynius nō intelle xeras (iquit) nēpe? quū ille annuisset. Cur ergo reuocabas? ait. Decē amplius versus hac tua interpellatione ꝑdidimus. Tanta erat parsi monia temporis. Occursantē sibi inter ambulandū nepotē grauiter corripuit. Poteras (iquit) has horas nō ꝑdere. Adeo nāq; studiosum fuisse cōstat: vt omne tp̄s perire arbitraret/ quod nō lr̄is impēderet. Refert Lāpridius Alexandrū seuerū: romanū pricipem post actus publicos/ bellicos & ciuiles: grǽcǽ lectioni maiorē nauasse operam. Frequēterq; libros Platonis de rep. lectitasse. Cum vero se ad latina conuerteret: non alios studiosius q̄ libros officiales. M. Tullij: & de rep. euoluisse. Idē vergiliū Platonē poetarū vocabat: eiusq; imaginē cū Ciceronis simulacro in secūdo larario habuit. Cum iter suos con uiuaret: aut Vlpianū iurecōsultum: aut doctos hoies adhibebat qui buscum de lr̄is fabularetur. his eñ se recreari pasciq; affirmabat: & frequēter ab eo liber iter accūbendum legebat. Quid de origene lo quar? qui (vt memorāt) Adamantius: & chalcēterus: repetitq; hiero nymus i ep̄la ad Marcellā nunq̄ aut praro cibū absq; lectione sume re solebat. Scripturas diuinas auctore beato Hieronymo i apologia cōtra Ruffinū memoriter tenuit: i studioq; explanationis earum die bus sudauit ac noctibus: mille & eo amplius volumia edidit: inume rabiles p̄terea cōmentarios: quos ipse appellat tomos/ adeo vt nul lius pene hois vita hieronymo affirmāte legēdis illis opibus suffice re possit. Scribit Trāquillus Octauiū Augustū (vt ad priscos tātū p re uertar) eodē ipo tpe quo raderet barbā aut legisse aliqd: aut ēt scri

psisse. Lõge psusius q̃ par est efflueret oro: si plures (q̃ ferme innũeri sunt) cõmemorare ,psequerer: quos labor assiduus. ĩdustria: studium ac frequens exercitatio ad multã variãq; rerũ cognitionẽ: ac demũ ad perfectã & q̃tum licet hoibus consummatã sapiẽtiã euexit. Nos vero lõge dissimiles & a priscorũ virtutibus impẽdio remotos: q illorũ cõparatione nil aliud q̃ numerus sumus. & fruges cõsumere nati sponsi penolopes: nebulones: alcynoiq;: & vt est in populari adagio γησ βαρος. i. terrę põdus. Nos inquã immodicę voluptates. effrẽnaq; desyderia quibus p salebrosos huius mortalis vitę ãfractus p̃cipites agimur: penitus eneruant emolliũt. effœminãt: & quicquid in aĩo virile ẽ ita radicitus cõuellũt extirpantq;: vt non solũ dementire: sed & plane obrutescere cogãt & beluia quadã atrocitate plærũq; ferocire ,pinde hmõi viros illustres: omi doctrina cõspicuos: omi eruditiõe atq; sapiẽtia insignes admirari desinãt vẽtris libidinũ iertiæ ac sõni amatores: quos si vna vel altera forsitã hora legẽtes inuenerit: oscitãt: manu faciẽ p mulcent: caput scabunt / frontẽ defricant. continent stomachũ. nũc grauedie capitis: nũc cerebri vertigine se torqueri cõquerunt: & tãq̃ post multũ cõtinuũq; laborẽ cõfecti omibus ,ppe exhausti viribus / languent. deficiunt quibus satis hactenus ostensum esse reor ingenium ac memoria nulla re magis q̃ laborę studio & exercitatione vigere: foueri: coalescere.

Q; frustra mortales de æui breuitate conqueruntur.

Ec plane desunt: q̃ ignauiæ suę patrociniũ aucupãtes cũ Theophrasto naturã veluti nouercã i simulandã esse rentur: q ceruis quidẽ & cornicibus diuturnã: hominibus vero cõtractã. breuẽq; admodũ vitã dedisset: quorũ si ętas esset lõgior futurũ esse vt cunctis artibus & disciplinis homim vita q̃ plenissime erudiret. Proclamantq; illud Aphorismorũ Hippocratis vita breuis: ars vero longa. Cęter; impudentes id genus hoim calũnias: non minus scire q̃ luculenter Fabius Quin. & seneca refellũt: alter oratorio alter philosophico. valido tñ vterq; p̃sidio inixus. Quocirca vtriusq; verba vicissim subnectere operęprecĩu est. Sic igitur Seneca in libro de breuitate vitę. Nõ exiguũ (inquit) tẽporis habemus sed multũ p didimus: satis lõga vita: & in maximarũ rerũ cõsũmationẽ large data est: si tota bene collocaretur. Sed vbi p luxũ atq; neg'igẽtiã defluit: vbi nulli rei bonæ impẽdit vltima demũ necessitate cogẽte quã ire nõ intellexerimus / trãsire sẽtimus. Ita ẽ nõ accepimus breuẽ vita: sed facimus nec inopes. eius sed ,pdigi sumus / sicut pãplę & regię opes vbi ad malũ dñm venerũt / momẽto dissipant. At q̃uis modicę: si bono custodi traditę sũt / vsu crescũt. ita ętas nostra bñ disponẽti multũ patet. Quid de re; natura q̃rimur? Illa se benigne gessit: vita si scias

vti loga est. Aliū īsatiabilis tenet auaritia/ aliū in superuacuis labori laboribus oposa sedulitas. Alius vino madet/alius iertia torpet. Aliū defatigat ex alienis iudicijs suspēsa /semp ābitio aliū mercādi pceps cupiditas:circa oēs terras:omia maria:spe lucri ducit. Quosdā torqt cupido malitiæ/ nōnunq̄ alienis piculis intētos.aut suis āxios. Sunt quos ingratus supiorū cultus volūtaria seruitute cōsummat. Multos aut affectatio fortunę alienę aut suę odiū detiet. Plærosq; nihil certū sequētes vaga:& icōstās/& sibi displicēs leuitas p noua cōsilia iactauit. qbusdā nihil in quod cursum dirigant/placet/sed marcentes oscitantesq; fata deprehēdūt:adeo vt qd apud maximū poetarū more oraculi dictū est:verū esse nō dubitē. Exigua pars est vitaq̄ viuimus Cæterū quidē omne spaciū non vita:sed tēpus: est. Hęc seuerissime grauissimeq; Seneca. Quibus illd Fabij Quintiliani commodissime subijcitur ex libro duodecimo institutionū oratoriarū. Sed breue nobis tēpus nos fecimus: q̄tulū eni studijs partimur? alias horas vanus salutādi labor:alias datū fabulis ociū: alias spectacula: alias cōuiuia trahūt. Adijce tot genera ludendi: & isani corpis curā:trahit idē peregrinatio:iura calculorū/anxię solicitudines multę causę libidinum & vinū & flagitiosis omi genere voluptatū animis:ne ea quidē tempora idonea/q̄ supersunt:q̄ si oia studijs impenderentur: iā nobis lōga ętas & abunde satis addiscēdi spatia viderētur:& diurna tantum cōputātibus tēpora:& noctes/quarū bona pars oi somno lōgior est: adiuuarēt. Nūc cōputamus annos nō qbus studuimus sed qbus viximus. Sic Fabius. At quorsū hæc tā pfuse exaggerata? Vt nemo sane ignoret idustriā plus iterdū valere q̄ naturā exercitationēq;:ac laborē:tantū habere momēti vt nihil accōmodatius efficaciusue vel ad q̄scūq; artes disciplinasq; parādas/ vl ad firmādū mēoriā optimi quiq; viri ingenio doctrinaq; pstātes repire potuerit Nihil ē ergo qd de æui breuitate hoies cōquerant:si quod natura tempus vitę contulit prudenter disponere. & bonarū artiū studijs impendere sapiēter curauerint: Sed iam:vnde digressa est reuocetur oratio.

De his qui eximia insigniq; admodū memoria traduntur:& sensibus humanis præcelluisse.

ANteq̄ ad illa q̄ dicenda supsunt trāseamus: haud vtiq; absurdū visum est:nōnullos superiorū tēporū viros illustres cōmemorare: Quos Cicerōis. Plynij. Fabij/Solini/ & Senecę monumēta pdūt isigni admodū eximiaq; memoria claruisse. Itaq; Plynius lib. vij. historię naturalis:memoria(iquit)necessariū maxime vitę bonū: cui pcipua fuerit:haud facile dictu est/tā multis gloriā eius adeptis. Cyrus rex Persarū oibus i exercitu suo militibus noia reddidit. Pyrrhū itidē memoriæ bono claruisse testat Solinus qui in exercitu/cui

numerosissimo præfuit nominati singulos alloquebat. Fecit hoc idē in populo Romāo Lucius Scipio: nam & is nominatim populū Romanū fertur expressisse: sed & Pyrrhum & Scipionē probabile videri potest idipm cōsuetudine fecisse. Cyneas Pyrrhi legatus postero die q̄ Romā igressus fuerat: & equestrem ordinē & senatū propriis nominibus cōsalutauit. Mithridates rex ponticus duarū & viginti gentium/ quibus imperitauit: linguas percalluisse traditur: totidēq; linguis iura dixisse: & p cōcione singulas gētes sine interprete plærūq; allocutus Themistocles porro Atheniēsis (auctore Tullio in secundo de oratore) apud græcos nō modo incredibili quadā magnitudine consilii atq; ingenii. Sed tenacissima quoq; memoria fuisse dicitur: ad quē doctus homo atq; iprimis eruditus accedēs: dum ei artē memoriæ quā tū primū profitebatur: se traditurū pollicitus esset Cūq; rogasset Themistocles qdnā illa ars efficere posset. dixisse ferunt illum doctorē. vt oia meminisset: & ei Themistoclē ita respondisse: rē sibi longe gratiorē illū esse facturū / si se obliuisci quæ vellet: q̄ si meminisse docuisset. Quis non videt quæ vis in homine acerrimi ingenii / q̄ potens: & q̄ta memoria fuerit ei qui ita responderit? vt intelligere possemus seu naturæ seu idustriæ beneficio nihil ex illius animo qd̄ semel esset infusum vnq̄ effluere potuisse: quū quidem ei fuerit optabile potius obliuisci posse qd̄ meminisse nollet. q̄ quod semel audiuisset: vidissetve: meminisse. Fretus itaq; tantis & igenenii & memoriæ viribus eiusmodi respōsiōe plane ostendit se obliuiōis artem malle q̄ memoriæ. Theodectos Aristotelis discipulus auditos semel: q̄libet multos versus. protinus dicitur reddidisse. meminit Plynius cuiusdam Carmiuæ græci hominis memoria singulari præcellentis: q legētis modo repræsentauit: volumina bibliothecarum. Hortēsii memoriā. Cicero Seneca & Quitilianus cōcelebrāt. Cuius tantam fuisse Tullius in Bruto refert quantā in viro se cognouisse: arbitrabat: vt q̄ secum commētatus esset. sine scripto verbis iisdē recolleret: quibus cogitauisset. Idem sedēs olim totum diē in auctiōe omnes res venales: & p̄cia: & emptores / ordine suo recensuit: argētariis sic recognoscentibus vt in nullo falleretur. Ob singularē eloquētiam idem foro Romano Rex causidicorum dictus est. In lucullo diuina quædā rerū traditur fuisse memoria: in hortensio verborū. Iulium cæsarem dictatorē tēta vi memoriæ præditum fuisse memorat Plynius vt scribere & legere: simul: dictare, & audire solitus esset. Epistolas vero magnarū rerum quaternas pariter librariis dictare: aut si nihil aliud ageret. septenas. Diuus Hieronymus teste Augustino in epistola ad Cyrillum epm hierosolymitanū: ea fuit memoria / vt hebraicorū. græcorū Chaldæorū. persarū medorū: arabicorum: & pene oim

nationũ linguas/ ac litteras:tanq̃ si in eisdẽ natus fuisset: atq; educa/tus:pcalluerit. Addit & illud idẽ Augustinus de Hieronymo elogiũ Nullus hominũ sciuit qđ Hieronymus ignorauit. Picus quoq; mirã/dulanus. pximę tẽpestatis eximiũ litteraturę columẽ tanta virtute memorię/multorũ adhuc viuẽtiũ testimonio excelluisse memoratur vt audita semel a recitante carmina & directo & retrogrado ordine maxima omniũ admiratiõe recẽsuerit. Omitto Platonẽ: Aristotelẽ: Ciceronem. qui velut triũuiri omnifarię doctrinę extiterunt Plerosq; insuper alios percelebres viros: ex quorũ monumẽtis atq; operibus iu posteritatem transmissis ingenio ac memoria eos nõ vulgari fuis/se:satis superq; compertum est.

Picus mirandolanus

Qui primus artem memorię inuenerit.eandemq; multis ex/cidisse quum nihil ea sit fragilius.

Simonides chius lyricus poeta idẽq; phũs Cicerone:fabio: Plynio & martiano:auctoribus:primus artẽ memorię pro/tulisse:eiusq; rei præcepta iuenisse memorat̃.Quũ.n.Gra/nonę in thessalia cœnaret:apud Scopã fortunatũ hoĩem atq; nobilẽ:& multi cõuiuę subita cuiusdã tricilinij.i. loci discubito/rij ruina:ita oppressi obtritiq; fuissent/ vt ppinqui illos ad sepulturã requirẽtes/eorꝫ mẽbra nullis signis ĩternoscere possent. Simonides qui vna discubuerat:& pauloante quorũdã iuuenũ quos pollucẽ & castorẽ fuisse fama suspicata est:accitu eo fuerat digressus:memoria ordinẽ discũbentiũ repetẽs quo quisq; loco discubuisset nominatim demõstrauit.Tũc vero aĩaduertit ordinẽ imprimis esse q memoriæ lumẽ afferret. Inuẽta igit̃ ars memorię a Simonide (vt tradit Plyni/us) a metrodoro sceptio philosopho:q temporibus Diogenis cynici claruit:cõsummata est/vt nihil nõ iisdẽ verbis redderet̃ auditum.Is nãq; Metrodorus teste Soli. ĩ tantã se assidua meditatione puexit: adeoq; vigili cura memoriã suã exercuit vt a multis simul dicta nõ modo sensuũ: sed ẽt verborꝫ ordinibus retineret. Nihil tñ est ĩ hoĩe ęque fragile/nihil aut metu/aut casu/aut morbo:facilius ĩtercipi sæ/penumero pspectũ est/aliasq; particulatim/ alias vniuersa morborũ ac metus iiurijs succubuit.Quendã q lapide ictus fuerat/ lr̃arꝫ tãtũ oblitũ fuisse & Ply. & soli. pdunt.aliũ ex p̃alto lapsum tecto Matris affinitũ & ppinquorꝫ repẽte cepit obliuio aliũ ægrotũ seruorũ etiã. Messala coruinus orator q̃libet alias oĩm viribus sensuum polleret/ post tñ ęgritudinẽ quã ptulerat: pprij noĩs obliuione correptus est. Itaq;(vt ait Plynius) sęp deficere tẽtat/ & meditat̃/vel interdũ qeto corpe/ & valido/sõno quoq; serpẽte cõputat/vt ĩ alijs mens q̃rat vbi sit loci. Memoriã quippe metu frequẽter ĩminui ĩterdũq; perimi ma/xime ĩ pueris cõstat/q dũ in scholis triuialibus ab ignaris nõ tã dixe

Simonides chius artis memorię inuentor.

Ars memoriæ a Metrodoro consummata.

rim p̄ceptoribus.q̄ lanijs q̄ ferocissimis:demētissimisq; carnificibus: primis litterarꝫ rudimētis initiant̄:metu verberū qbus immanissime freq̄nter afficiunt̄.ita cūctis seusibus obtupescūt/ & tāq̄ pessima q̄q; mācipia indurant̄:vt verborꝫ q̄ sępius eis iculcata fuerit vix primas syllabas trepidi repetere possint.Et eas plenius exprimere.Porro in nephādissimos hmōi plagiarios aīaduersiōe legis aq̄lię nemo plane dubitarit agi licere.Præceptoris eñi mīma sęuitia culpæ assignat̄ vt ait Paulus ad legē aquiliā.ff.lege.vj.& docēti leuis dūtaxat castiga/tio cōcessa est:auctore Vlpiano ī eodē titulo lege sed si.Præclarum quippe & gloriosum ī primis esse dicūt hoīes insipientissimi:crebris clamoribus: assiduisq; verberibus ī hāc tenerrimā ętatē desæuire ac pbacchari:q̄ suauibus quibusdā alloquijs & blādis potius inuitamē tis sensim ad Mineruę ac musarꝫ diuersoriū alliciēda est:& litterarię palęstrę paulatī assuefaciēda. Ne prius studia:quorum nōdum sen tire potest vtilitatem:odio prosequatur:q̄ amare inceperit.

Quęnam sint memorię impedimenta quorū primū est crapula.



Vm itaq; vsq;adeo fluxā labilemq; memoriā:& multis ob noxiā casibus nōmodo scriptorꝫ testimonijs: verū etiam nō paucis ac ferme quotidianis cōstet experimētis ,Toto (vt dicit̄)velorū remorūq; cōnixu illa non secus ac syrtes infestissimę:deuitāda sunt:q̄ huic tā nobili animę rationalis potētiæ magnopere aduersant̄. Sed p̄ter cęteras memorię pestes q̄ obliuio nem inducere pn̄t: & mēti vehemēter officere: est immodica volu/ptas:q̄ est iucūdus motus & suauis quędā titillatio in sensibus.Hāc aūt nō imerito Platoni Timeo escā malorꝫ appellat.Ipa nāq;(vt idē ait p̄pe diuinitus in ep̄la ad Dionysiū)homibus detrimentū affert: inscitiā/iquietudinē:stultitiam & petulantiā:pariēs.Quāobrem vir/tus apud Sillium italicū libro.xv.punicorum ijs voluptatem conui/cijs insectatur:& mox seipsam condignis effert præconijs.

Quippe nec ira deum tantum:nec tela nec hostes
Quantum sola noces animis illapsa voluptas:
Ebrietas tibi fida comes:tibi luxus: & atris
Circum te semper volitans infamia pennis.
Mecum honor & laudes:& læto gloria vultu:
Et decus:& niueis victoria concolor alis.
Me cinctus lauro produxit ad astra triumphus.

Ex hac tanq̄ inferna stygę fæculentissimi quidem ac spurcissimi quatuor fontes erūpunt.Crapula/venerea libido/somnus/& ociū/q̄ nō aliter/q̄ cocytus/phlegeton/lethe/acheron/ vbi restagnanti luto p̄fluxerit:cunctos mortales. sed ip̄am p̄cipue adolescentiā sordida quadā illuuie & aspergine turpi cōmaculant defœdātq;.& sæuo im

petu ita concutiunt/ ita labefactãt/ atq; adeo quicquid sibi obuium fuerit: plerũq; subuertunt: vastãt/ obruunt/ vt inde nulla emergendi ratio subeat: nulla respirãdi facultas tribuatur. Primus itaq; fons ex barathro & sentina voluptatis/ velut stygia palude Cocytus profluens: crapula vocatur: quæ est capitis ob nimiã cibi ac potus saturitatem cõcussio. Nec inepte videtur Cocyto posse cõparari: qui latine gemitus siue luctus dicitur a κωκυειν quod est gemere: & lamentari Eocirca prudenter admonet his verbis sapiens hebræus ecclesiasti. xxxvij. a gula temperandum. Noli auidus esse in omni epulatione & non te effundas super omnem escam. In multis enim escis erit infirmitas: & auiditas appropinquabit vsq; ad choleram. Propter crapulam multi obierunt: qui autem abstinens est adijciet vitam. Eo spectat illud Satyrici. hinc subitę mortes atq; intestata senectus. Horatius vir sane acutus & doctus libro. ij. Sermonum. ciborum luxum ac varietatem omnino improbans: commoda victus frugalioris hisce Carminibus aperit.

Accipe nunc victus tenuis quæ quantaq; secum
Afferat imprimis valeas bene nam variæ res
Vt noceant homini credas: memor illius escæ
Quæ simplex olim tibi sederit: at simul assis
Miscueris elixa: simul conchylia turdis:
Dulcia se in bilem vertent: stomachoq; tumultum
Lenta feret pituita/ vides vt pallidus omnis
Cœna desurgat dubia: quin corpus onustum
Externis vitijs: animum quoq; prægrauat vna:
Atq; effigit humo diuiuæ particulam auræ.

Et secundũ Ply. libro vndecimo: homini cibus vtilissimus simplex: aceruatio saporum pestifera/ & condimenta perniciosiora. Vt nãq; ait Chrisostomus/ & repetitur ĩ decretis de Consecratione di. quinta. Nihil ita iocundum est sicut cibus bene digestus ac decoctus: nihil salutem nihil sic sensuum acumen operatur: nihil sic ægritudinẽ fugat: sicut moderata refectio. Sufficiens quippe nutrimentum/ & sospitatem simul etiam procreat & voluptatẽ: abundantia vero morbum facit: & molestias ingerit: & ægritudines generat. Quod enim fames efficit: hoc etiam plenitudo ciborum: magis autem & multo peiora. Fames quippe in paucis diebus aufert hominẽ: excessus vero ciborum consumit & computrescere facit corpus humanum: carnem macerat ęgritudine diuturna: & tãdem crudeli morte perimit. Sic ille. Crapula nimirum cibiq; ac potus saturitate nimia atq; ingluuie acies ingenij prorsus retundit: ingens lumini mentis effunditur caligo: intellectus & memoriæ splendor vehementer obtenebratur.

Quocirca Mercurius Trimegistus in libro de ptāte & sapiētia dei: gulam hisce verbis detestatur. Fugiendū imprimis hoc malum est. ventris huius malorū omniū fomes: huic error: huic boni priuatio. hęc ille. Corpus pinguefactum (quēadmodū vere ait Porphirius in libro de antiquorū abstinētia) animā cogit esurire a fœlici vita cadē tem: augetq; mortale: expellens impediensq; nobis vitā æternā: con taminatq; & animā. corporeā videlicet eā reddēs: & in id qđ diuer sum est deflectens. Sic Porphirius. Apollonius Thianetus (vt iquit Philostratus) a carniū esu cœpit abstinere: ꝙ carniū comestio quū impura esset tū mentis aciē pspectumq; hebetaret. Terrestribus ve ro fructibus & holeribus vescebat̃: pura esse dicens quęcūq; a terra darētur hoībus. Vinū aūt purū: aptā quidē potionē asserebat: verū tamen bono statui mētis aduersari: ꝙ eius sublimē diuināq; partem aliquādo puerteret. Et quēadmodū scribit̃ in antiquis de vita & ho nestate clericoꝝ. Ebrietas mētis inducit exiliū: & ꝓuocat libidinis incētiuū. Pli. li. xiiij. & maximus ī secūdo de instit tis antiqs tradūt Romanis fœminis quondā vsum vini fuisse ꝓhibitū: ne ī aliqđ dede cus ꝓlaberēt: q̃a ꝓximus a libero patre intēperātię gradus ad incō cessam venerē esse cōsueuerit. Scripsit & Marcus Cato ideo ꝓpin quos fœminis osculū dare solitos vt an temetū olerēt experirentur. Vxorē propriā ab Egnatio quodā Romano ꝙ vinū e dolio bibisset fuisse peremptā: eumq; cędis a romulo fuisse absolutū veteres histo riæ meminerunt. Fabius pictor ī annalibus suis scripsit matronam a suis inedia mori coactā ꝙ loculos quibus erant claues cellæ vina riæ resignasset. Cn. Domitius iudex mulierē dote mulctandā veni re pronūciauit: ꝙ ignorāte viro plus vini bibisset: q̃ valitudinis ratio postularet. Piso vetustissimus author in primo annalium de romuli regis vita ac victu scribens tradidit eundē ad cœnā vocatum ibi nō multū vini bibisse: quia postridie negociū haberet. Obijciētibus ve ro: si istuc oēs hoīes faciant vinū vilius fore: ita respōdisse: immo ve ro carū: si quantū quisq; volet bibat: ego eñ bibi q̃tum volui. Cæsa ris dictatoris sobrietatē psimoniāq; ī cibo ac potu p̄dicans Trāquil lus auctor est eū vini parcissimū. vel inimicoꝝ testimonio extitisse. Dicere quippe solebat. M. Cato: vnū ex omnibus cæsarē ad euertē dam rēpublicam sobrium accecisse. Eundēq; circa victū adeo indif ferētem fuisse docuit. C. Oppius: vt quondam ab hospite: cōditum insipidūq; oleū ꝓ viridi ac recenti appositū cæteris aspernentibus: solū etiā largius dicat appetisse. ne hospitē: aut negligētię aut rustici tatis videret̃ arguere. Tradit̃ & ea fuisse Octauij augusti frugalitas: vt minimo cibo & eo fere vulgari delectaret̃: secundariū panem: & pisciculos minutos: & caseū bubulū manu pressum: & ficos viridis

biferas maxime appetebat. Nec minor ipsius ĩ potu q̃ cibo erat par-simonia: vini quippe natura fuit parcissimus. Scripto nãq; prodidit Cornelius nepos: cũ ĩ castris apud murinã esset/ nõ amplius ter sup cœnã bibere solitũ: postea quoties largissime se ĩuitaret senos sextã-tis nõ excessisse: neq; temere interdiu bibit. Pro portione sumebat p fusum aqua frigida panẽ: aut cucumeris frustrũ: vel lactuculæ thyr-sum: aut recens aridũ've pomũ succi vinosioris. Nec ĩ longã (vt plæ-risq;) morã cõuiuia protrahebat. Nõnunq̃ eñ & serius illa inibat/ & maturius relinquebat/ quũ cõuiuæ & cœnare inciperẽt priusq̃ ille discũberet/ & pmanerent digresso eo. Cœnã ternis ferculis: aut cum abundãtissime: senis p̃bebat: vt nõ nimio sumptu ita summa comi-tate. Nã & ad cõmunionẽ sermonis tacentes etiã summissime fabu-lantes ꝓuocabat. Ob eã itaq; forsitan frugalitatẽ atq; parsimoniam vterq; & ingenio plurimũ valuit & industria: qđ vtriusq; monumen-tis & celebri reꝝ splẽdide fortiterq; ab ipsis gestarũ gloria cõpertũ haberi põt. Lõge aũt horũ dissimilis fuit Claudius Cæsar quẽ memo-rat Suetonius cibi viniq; quocũq; & tempore & loco vsq;adeo fuisse appetentẽ: vt quõdã in Augusti foro iura dicẽs victus nidore pran-dij: qđ sacerdotibus salijs amplissimũ & lautissimũ ex more appara-batur: deserto q̃primũ tribunali descẽderet ad sacerdotes/ vnaq; di-scumberet. Nec temere vnq̃ triclinio abcessit nisi distẽtus ac madẽs & vt stati supino ac per somnũ hianti penna in os ad exonerandum stomachũ & prouocãdi vomitus gratia: inderet̃. Quamobrẽ & libi-dinis in fœminas ꝓfusissimę: & mirę obliuionis fuisse traditur. Occi-sa quippe Messalina vxore paulopost q̃ in triclinio decubuisset cur domina nõ veniret requisiuit. Multos præterea ex his quos capite dãnauerat postero statim die & in cõsiliũ & ad aleę lusũ admoueri iussit/ & quasi morarent̃/ vt somnoculosos per nũtiũ increpuit. Fertur & subinde in tantã deuenisse temeritatẽ: & obeundorũ proinde ne-gociorũ inconsiderationẽ: sermonis quoq; ac rerũ tantã sępe negli-gentiã ostẽdisse: vt nec quis nec iter quos: quo ve tẽpore ac loco ver-ba faceret: scire ac cogitare existimaret̃. Quã obsecro memoriæ vim qđ ingenij: qđ mẽtis intellectusq; acumẽ illis suppetere põt q dũ ebri-etate obruti: & ciboꝝ copia ĩgurgitati fuerĩt oĩm q̃ pridie fecerint di-xerint ve postridie sunt penitus ĩmemores? Hic epigrãmatarius poe-ta festiuissime vt cętera oĩa: hoc disticho posthumi taxat vinolentiã

Omnia promittis cum tota nocte bibisti
Mane nihil præstas post hume: mane bibe.

Quũ Timotheus atheniẽsis vir clarus imprimis & ciuitatis p̃riceps apud Platonẽ cœnauisset: eoq; in cõuiuio parsimonia & frugalitate philosophica impẽdio delectatus esset: occurrẽti postridie Platoni.

vestræ inqt cœnæ nõ solũ in psentia: sed etiã postero die iucundæ sunt. Plato ipe in pclara illa epistola ad Dionis propinquos Italicas & syracusanas mẽsas ob luxũ ferculorũ nimiũq; apparatũ vehemẽter insectat: nullo modo sibi placere affirmans: bis in die saturũ fieri Quid q ne mẽte qdẽ recte vti possumus(ait Cicero)multo cibo & potiõe cõpleti? Eusebius in fine octaui de præparatiõe euãgelica Ieiunãtes(inqt)atq; vigilãtes prudẽtiores illis sunt q cibo & potu semper replent: immergit em̃ quodãmodo motus mẽtis quẽ cogitationẽ appellamus. Diuus quoq; Hieronymus li ij. cõtra Iouinianũ sic ait. Nihil ita obruit animũ: vt plenus vẽter ac exęstuãs: & huc illucq; se vertẽs: & ructus vel in crepitus vẽtorũ inflatiõe respirãs. Idẽ. Sapiẽtiæ quoq; operã dare nõ possumus: si mẽsę abũdãtiã cogitamus: q labore & nimia cura i diget. Cato senior apud Ciceronẽ in libro de senectute. Tãtũ cibi(inqt) & potiõis adhibẽdũ vt reficiant vires nõ opprimant. Nec vero soli corpori subueniẽdum est sed ẽt mẽti atq; aĩo multo magis. Nã hęc quoq;: nisi tãq lumini oleũ ĩstilles extiguit. Quibus planeverbis deuitãdã oĩno crapulã docuit. Plinianũ ẽ vetusq; satis ac ptritũ vulgo adagiũ vino sapientiã obũbrari: vnde illd Iuue. de poe. fuit vtile multis Pallere & toto vinum nescire decẽbri. Si nãq; vinũ teste Marsilio nimis calidũ vehemẽsq; fuerit caput ipsum dẽsis humoribus: pessimisq; fumis adiplebit. Cibus vero nimius primũ qdẽ ad stomachũ i ipo decoquẽdo vi oẽm naturę reuocat: quo fit vt capiti simul: speculatiõiq; intẽdere neqat. Deinde iepte coctus multis & crassis vaporibus humoribusq; aciẽ mẽtis obtũdit. Quietiã si satis coquat: tñ(vt Galenus ait) Animus adipe & sanguie suffocatus cæleste aliqd puidere nõ põt. Cui sentẽtiæ adstipulat illd hieronymi: Piguis vẽter nõ gignit sensũ tenuẽ. Ply. li. xj. minus solertes eẽ ait qbus obesissimus est vẽter. Ozeę. iiij. scribit fornicario & vinũ & ebrietas auferũt cor. i. sapiẽtiã & vitã. Ebrietatis incommoda a Ply. libro decimoquarto in capitulo de vitanda ebrietate detegens. inter plęraq; alia hinc(ait)pallor & genę pẽdulæ: oculorũ vlera/ tremulę manus: effundentes plena vasa: & quæ sit pœna pręsens. furiales somni: & inquies nocturna: pręmiumq; summũ ebrietatis libido portentosa ac iucundum nephas. Postera die ex ore halitus fœtidi ac ferere rerum omnium obliuio: morsq; memorię. Sic ille. Porro vinũ parce ac frugaliter eo vtentibus nemo vehementer prodesse negauerit Quod & Plynius libro. xxiij. his verbis asseuerat. Vino modico nerui iuuantur: copiosiore læduntur/sic & oculi. Stomachus recreatur. Appetentia ciborum inuitatur. tristitiæ cura hebetatur vrina & algor expellitur. Somnus conciliatur. Pręterea vomitionem sistit/& q sequuntur. Asclepiades vtilitatem vini ęquari vix potentia deorum

posse pronunciauit. Iureq; dici possit: eodem Ply. teste lib. xiiij. Neq; viribus corporis vtilius quicq̃ aliud: neq; aliud voluptatibus perniciosius: si modus absit. C. itaq; Cęsar in secundo commentario gallici belli auctor est Neruios quos hac tempestate vulgus tornacenses vocat homines quidem feros magnęq; virtutis nihil pati vini reliquarumq; rerum ad luxuriam pertinentium ad se inferri. ꝙ his rebus elanguescere animos eorum & remitti virtutem existimarent. Suæui quoq; germaniæ populi (vt idem memorat in quarto) vinũ ad se omnino importari non sinunt: quæ tamen priscis moribus immutatis temulentię atq; gulositati fertur hodie indulgentissima ꝙ eo ad laborem ferendum remollescere homines atq; effœminari arbitrantur.

Venerea libido secundum memorię impedimentum.

ALterũ mentis ac memoriæ inpedimentũ est venerea libido: tam corporis q̃ animi vel maxima pernicies: & hũani ingenij exitiale venenũ. Exhaurit eni spiritus interiores cerebrũq; debilitat: labefactat stomachũ atq; ꝑcordia: & totum deniq; corporis habitum ac succũ medullitus exsorbet absumitq; iuxta celebris poetæ dictũ. Est mollis flãma medullas: & si q̃ ꝑterea ĩ animo virtutũ semẽtis pullulare cœperit: & excrescere: stripitus euellit: depopulat̃/aut q̃primũ tã ꝑnicioso æstu tẽtata penitus arescit: emorit̃. Recte igitur ac vere phlegetonti æstuãtissimũ hunc atq; flagrãtissimũ venereę libidinis ardorẽ cõparauerimus: a medijs infernæ caliginis fornacibus erũpentẽ: quũ & poetæ ignẽ ꝓ amore venereo plęrũq; vsurpẽt: & φλεγω latine ardeo interpretet̃. vñ phlegeton q̃si flãmiuolus seu igniuomus: & igneas flãmas euoluat. De quo poeta. Quæ rapidus flãmis ambit torrẽtibus amnis Tartareus phlegetõ: torquetq; sonãtia saxa. Illos plane quos semel hic phlegetõteus ignis: hęc sulphura flãma corripuerit: nisi euestigio succurrãt tãto cõflagrare incendio: tãto æstu laborare videas: vt vlla vix vnq̃ ope restingui tantũ possit incendium. De cuiusmodi igne dicit̃ Iob. xxj. Ignis vsq; ad ꝑditionẽ deuorãs & oĩa eradicans genimina. Hoc autẽ malo nihil ĩgenio calamitosius: nihil infestius dicẽte Seneca in primo declamationũ. Nihil tã mortiferũ ingenijs q̃ luxuria. Q̃uis eñ appellatione luxuriæ oĩs tam ĩ victu q̃ in cultu denotet̃ supfluitas: sæpenumero tñ ꝓ vitio carnis accipitur. De hac infestissima peste ita cecinit Claudianus in panegyri de laudibus Stiliconis.

Nec te emolliat intus
Luxuries prædulce malum: quę dedita semper
Corporis arbitrijs hebetat caligine sensus

Membraq; circæis effœminat acrius hærbis.
Blanda quidem vultu:sed qua non tetrior vlla
Interius fucata genas:& amicta dolosis
Illecebris:toruos auro circumligat hydros:
Illa voluptatum multos innexuit hamis. Hieronymus ĩ secundo cõtra Iouinianũ de amore venereo ex Plutarchi & Senecæ authoritate differens:amor(iquit)formę rationis obliuio est:& insaniæ proximus:fœdũ minimeq; cõueniens animo sospiti vitiũ. Turbat cõsilia: altos/& generosos spũs frangit:a magnis cogitationibus ad humillimas detrahit. Quãobrẽ Hippocrates diuina vir scia de coitu venereo ita cẽset partẽ esse quandã morbi teterrimi: quẽ nostri comitialem esse dixerũt:q̧ eo laborãtes ĩ comitijs coacto Ro.po.maxĩe deprehẽderẽt. Nõnulli herculeũ morbũ q̄a eo laborasse Hercules traditur:vulgus caducũ morbum. Græci Epilepsiã vocãt. Hippocratis hæc verba sunt την συνουσιαν ειναι μικραν επιληψιαν. Coitũ esse leuem morbũ comitialẽ. Q đ nõ aliã ob cãm ab eodẽ philosopho dictũ fuisse cõiectare licet:q̃ vt ostẽderet mentẽ q̃ sacra est pcuti eadẽq; re multũ ĩminui. Adde (qđ inquit Cornelius Celsus in primo cõpendij medicinę)frequẽti coitu corpus ipm omnino dissolui:atq; tabescere. Cernere licet huic vitio deditos icredibili pallore ac macie deformari. Nã cum magna sit ĩ sanguine vitalitatis portio(vt inquit Plynius libro.xj.)emissus spiritũ trahit secum quo sensus ĩprimis vigent atq; aluuntur. Auctor est Auicenna in libro de animalibus: si quid supra q̃ natura toleret coitu profluat:obesse magis q̃ si quadragies tãtundem sanguinis emanauerit. Scribit albertus magnus post factam cuiusdam corporis humani anatomiam/id est dissectionem quam medici facere consueuerunt: inuentum fuisse caput cerebro pene exhaustum: Id autem medici rei causam disquirentes contigisse asseruerunt ob intemperatissimum venereæ libidinis vsum:cuius ardore cerebrum exiccatum fuerat & consumptum. Quare nõ iniuria antiqui poetæ & prisci philosophi musas atq; Mineruam consilij & litterarum deam virgines esse dixerunt. Nam & camœnæ teste Sexto Pompeio:dictæ sunt q̧ sint castæ mentis præsides. Eo pertinet illud Platonicum: Cum venus musis minitaretur: nisi sacra venerea colerent se contra illas filium suum cupidinem armaturam. Responderunt musæ. O venus Marti talia minitare: nam tuus inter nos cupido nõ volat. Nullum deniq; natura sensum longius q̃ tactum ab intelligẽtia segregauit. Cum itaq; reliquorum sensuum voluptates sint moderatiores visus/odoratus/auditus:horum vero duorum gustus & tactus petulantissimæ atq; effrẽnatissimæ: vtpote communes homini cum cæteris animalibus probro

dare solemus: ac vehementer detestari: qui ab huiusmodi teterrimo voluptatũ genere superanť. eosq; ακολασους. i. incõtinẽtes. libidinosos & intẽperãtes: q̃si icastigatos dicere: q immodice re vtunť venerea: quiq; cibi ac potus luxu delectanť. vt nãq; decenter iquit Aristoteles in tertio moraliũ/ in pecudum ferorumq; animaliũ numero habetur: his qsquis ferinis voluptatibus est præuinctus. Quis igiť habens aliquid hũani pudoris (ait Gellius) voluptatibus istis duabus coeundi atq; comedendi quæ sunt homini cum sue atq; asino communes: insolenter gaudeat.

Somnus tertium memoriæ impedimentum.




Ertium memoriæ nocumentũ est somnus immodicus qui p̃ter naturæ necessitatẽ voluptate quadã accersitus. segniciẽ atq; inertiam parit: homines adhuc viuẽtes: mortuis psimiles reddit: nõ aliter obliuionẽ rerũ hominũ mẽtibus iducẽs: q̃ aquæ fluminis lethes a poetis afferre dicunť: ληθη. eni id est lethe obliuio diciť a quo & lethũ pro morte deduci varro & põpeius docuere. Cicero in Catone maiore/ nihil morti videmus tam simile q̃ somnũ. Huc accedit illud maronis. Et cõsanguineus lethi sopor. In hanc sententiã Ouidius canit. stulte quid est somnus gelidæ nisi mortis imago? Longa quiescẽdi tẽpora fata dabũt. Hi vero oẽs Platonẽ imitari videnť q libro septimo de legibus multo somno idulgẽdũ non esse ita monet Somnus multus nec corporibus: nec animis nec rebus gerẽdis natura conducit. Nemo quidẽ dũ dormit alicuius precij est non magis q̃ si nõ viueret. Quare quicunq; & viuere & sapere cupit maxime q̃ lõgissimo tẽpore vigilet. sola sanitatis commoditate seruata. Hæc Plato. Seneca ad Lucilliũ. Nullus inqt mihi per ociũ dies exit: partes noctiũ: studijs vẽdico. nõ vaco somno: sed succumbo: oculos & vigilia fatigatos cadentesq; in opere detineo. Tradit Plinius nepos Pliniũ auũculũ somni fuisse parcissimi nõnũq̃ iter ipa studia instãtis & deserẽtis. Marcus Varro in longa historia quæ inscripta ẽ Capis seu de liberis educãdis scripsit cõpertum esse pueros impuberes si plurimo cibo: nimioq; somno vterentur hebetiores fieri: aïaduersumq; ẽ sępius hinc elici tarditatẽ. Corporaq; eorũ improcera fieri: minusq; adolescere. Idem plęriq; alij medicorũ philosophorũq; testanť. Alexander magnus auctore plutarcho se duabus potissimũ rebus mortalitatẽ intelligere aiebat: sõno atq; coitu: quas sola naturę infirmitas pareret. Constat igiť voluptas: aliturq; his tribus maxime monstris quæ hoc versu moneňť deuitandę. Venter/ pluma: venus: laudẽ fugiẽda seqnti. Eadẽ Plautus cõnumerat. Nox vinum mulier nihil illecebrosius fieri potest hominia dulescentulo.

Somnus imago morti.

De ocio quarto memorię intellectusq; impedimento.

Ocium ingenij rubigo vitiorum omnium fomes


Omno finitimũ est ociũ ingenij rubigo vt Hieronymus ait: & omniũ vitiorũ fomes atq; seminariũ: quod industrię & studio maxĩe cõtrariũ videt̃ & ipsi virtuti atq; honestati apprime inimicũ. Multã enim malitiã docuit ociositas/ ecclesiastici. xxxiij. Nec aliud ab acherõte ipso natura ducere possumus: q̃ achæron sine gaudio si cum dipthõgo scripseris ab a priuatiua dictione & χαιρων gaudens vel sine tempore quia καιρος tempus designat. Ocioso quippe nec vllũ gaudiũ esse potest: quũ inertia torporeq; lãgueat. nec vllum adesse tẽpus: quod totũ per ignauiã: atq; segnitiem elabi ac frustra effluere patitur. Est autem ocium duplex. Quoddã ingenuum: liberale. philosophicũ: quod et litterale dici potest: cũ curis vacui: cęteris omnibus posthabitis negocijs: soli duntaxat litteraturæ & animi cogitationibus incũbimus. De quo Tullius in tusculanis quęstionibus libro quinto. Quid est dulcius (inq̃t) ocio litterato: his dico litteris quibus infinitatem rerum atq; naturæ: & in hoc ipso mũdo cælũ terras maria cognoscimus? Cicero in plerisq; locis profitet̃ se in acerbissimis doloribus / varijsq; & vndiq; circumfusis molestijs nullã aliã q̃ litteralis ocij: inuenire potuisse leuationem. Ouidius quoq; iussu Octauij Augusti apud Getas ferocissimos populos in exilio degẽs hac vna re ingẽs patrię desideriũ ac molestiã insolitę cõsuetudinis barbarę gẽtis subleuasse & solo musarũ litterarũq; cõsortio exilij se tolerasse calamitatem sic canit in tristibus.

Tot mala pertulimus: quorum medicina quiesq;
Nulla nisi in studio. pieridumq; mora. Idem.
Gratia musa tibi: nam tu solatia præbes:
Tu curæ requies: tu medicina venis.

Plynius quoq; ad maximũ. Et gaudium mihi & solatium in litteris Nihilq; tã lętũ quod his nõ lętius / tã triste quod nõ p̱ has fiat minus triste. hęc Plynius. Quocirca dubitari potest appellãdũ ne sit huiusmodi ociũ negociosũ: an potius negociũ ociosum quo viri illustrissimi quondã mirifice oblectabant̃ / iter quos. Aphricanus q dicere solebat se nũq̃ minus solum q̃ quũ solus esset. Asinius quoq; pollio vir omniũ horarũ dicebat̃. Reddendã semp aiebat Marcus Cato ocij nostri rationẽ. Cuius & id fertur fuisse oraculũ. Nihil agẽdo homines male agere discũt. Alterũ ociũ seruile est illiberale. vitiosum vulgare dũ quis iuxta Horatij sententiam animoq; & corpore torpet: quũq; inertię atq; segniciei lãguore quispiam marcẽs i nulla honesta exercitatiõe versatur: qđ tam animo q̃ corpori vehemẽter obest. Animaduertaturq; Ouidius in tristibus Cernis vt ignauũ corrũpant ocia corpus. hinc illud eiusdẽ. Nõ sum qui segnia ducã Ocia: mors nobis tẽ

pus habet iners. Ocium quippe sine litteris (vt ait Seneca ad Lucillium) mors est: & hominis viui sepultura. Idem in declamationibus libro secundo. Mollit viros ocium. ferrum situ rubiginem ducit Animum præterea ocium deprauat & corrumpit: libidinum sopitos fomites atq; scintillas fouet: ac subinde exuscitat variisq; scelerum cogitationibus mentem humanam deformē reddit. Hinc illud Lucani. Variam semper dant ocia mentem: & protritum id Ouidianū. Ocia si tollas periere cupidis. arcus. celebre quoq; est Sapphicum Catullianum. Ocio exultas. nimiumq; gestis Ocium reges prius & beatas perdidit vrbes. Nō insulse itaq; dictum reor vt virtutis laborem sic & sceleris ocium esse ministrum. Cecinit quippe Hora. ad Lollium. Si non intendes animum studijs & rebus honestis Inuidia vel amore vigil torquebere. Quemadmodū igitur. Accipiunt vitiū ni moueantur aquę: & fæcem ac limum contrahunt: ita ingenium memoria intellectusq; humanus nisi assidue exerceantur: illico tabescunt solitoq; vigore destituuntur. Quis nescit agros q̄tumlibet suapte natura feraces agricolarum negligentia q̄primum silueſcere ac steriles rddi? Equū lōgiturna quiete: ad pernicitatem cursus minus aptum Et nauem diutina vsus nauigandi intermissione (subortis vndiq; rimis) fatiscere: ignorat? Quod luculenter ac facunde naso hisce carminibus in quarto de tristibus expressit.

Adde q̄ ingenium longa rubigine læsum
Torpet: & est multo (q̄ fuit ante) minus.
Fertilis assiduo si non renouetur aratro
Nil (nisi cum spinis) gramen habebit ager.
Tempore qui longo steterit male currit: & inter
Carceribus missos vltimus ibit equus.
Vertitur in teneram cariem: rimisq; dehiscit
Si qua diu solitis cymba vacabit aquis.

Et faces (nisi concutiantur) nullam aut saltem perexiguam lucē diffundent: Quia vt ait Seneca.

Immota fax torpescit: ignes exagitata restituit.

Ouidius in hanc sententiam.

Vidi ego iactatas mota face crescere flammas
Et rursus nullo concutiente mori.

Indignat Hora. ī Epodo ocio atq; inertia tantā obliuionē sensibus suis superinductam ac si letheis aquis fuisset epotus sic canens.

Mollis inertia cur tantam diffuderit imis
Obliuionem sensibus:
Pocula letheos vt si ducentia somnos
Arente fauce traxerim?

Ociũ interdum teste Cicerone est quędam animi relaxatio/ qua & corporis & animi vires laboribus defessæ subleuantur. vt mox ad intermissum laborẽ & vegetiores redeãt & alacriores: quod vel strenuissimis quibusq; viris expetẽdũ esse docet Maximus. ne labori cõtinuo succumbere cogantur: de quo illud nasonis in tristibus.

Ocia corpus alunt: animus quoq; pascitur illis:
Immodicus contra carpit vtrumq; labor.

Porro Gymnosophistę sapientes Indię ocium illud vitiosum tauto/pore detestabantur. Ignauiamq; oderant Apuleio auctore in primo floridorum: vt priusq̃ edulia mensis apponerentur: adolescentes ex diuersis officijs conueniẽtes soliti essent interrogare quid a lucis ortu boni mali ve didicissent vel fecissent: qui nihil habebat respondẽdum: impransus foras extrudebatur. Quisquis igitur tam virtutes q̃ disciplinas sibi comparare studet: ingenijq; memoriæ & humanorũ sensuum viribus cum primis pollere: hasce infestissimas illorum pestes deuitare contendat: & a se omni studio atq; molimine prorsus exterminare.

FINIS.

Med. Hist
INCUN
149

